

CAPUT VI

Antiphontem Sophistam obiicientem sibi victum habitumque tenuem et gratis docendi consuetudinem refellit Socrates, ostendens, se, cum nil pecuniae a discipulis exigat, libertatem tueri suam: victum tenuem sibi esse salubrem gratumque: vestitum sibi nullius rei esse impedimento, et consuetudine usuque se facile ferre, quae non exercitatis intolerabilia esse videantur: amicos reddere meliores sibi esse voluptati: nec in luxu felicitatem ponendam esse, sed si quis quam paucissimis rebus contentus viuat. Tum eidem obiicienti, cum gratis doceat discipulos, ipsum indicare, se doctum non esse, respondet Philosophus, primum qui sapientiam vendat, eum sibi videri aequè reprehendendum atque eum, qui corpore quaestum faciat: deinde amicis profuisse sibi videri lucrum. Denique eidem quaerenti, cur ipse non accedat ad rem publicam, respondet, se eo ipso consulere reipubl., quod quam plurimos reip. capeffendae reddat peritos.

²¹ Ἀξιον δὲ αὐτῶν, καὶ ἂν πρὸς Ἀντιφῶντα τὸν σοφιστήν διελέχθη, μὴ παραλιπεῖν. ὁ γὰρ Ἀντιφῶν ποτὲ βεβλόμενος τῶν συνησιαστῶν αὐτῶν παρελέσθαι, προσελθὼν τῷ Σωκράτει, παρόντων αὐτῶν, ἔλεξε ταύτῃ. ῬΩ Σώκρατες, ἐγὼ μὲν ὤμην τῶν συνησιαστῶν εὐδαιμονεστέρους χεῖναι γίνεσθαι· σὺ δὲ μοι δοκεῖς τὰναντία τῆς σοφίας ἀπολελαυκέναι.

ζῆς

§. I. Ἀντιφῶντα τὸν σοφ.] Intellexi Rhamnusium illum, a quo Socrates in arte rhetorica eruditus fuerat, teste Platone in Menexeno, et a quo omnes excellentes oratores, Rhamnusii dicti, teste Suida: de quo vide copiosissime dicentem Fabric. Bibl. Gr. II, 26. De eo et intellexere locum hunc Plut. et Photius. Sed Ruhnkenius V. Cl. in Diss. de Antiphonte [quam Reiskius inferuit Orat. Vol. VII, p. 795. Z.] c. 4 docuit me, intelligi alium nobilem sophistam ab Rhamnusio diuersum, ut et alii cen-

suerunt. Iam apud veteres disputatum est, qui Antiphon intelligendus esset. v. et Hindeburgium V. Cl. ad h. l. Ern.

τῶν συνησιαστῶν] Iunt. τῶν συνησιαστῶν τὰς: Castal. τὰς συνησιαστῶν τὰς: MS. I τὰς συνησιαστῶν αὐτῶν. Brodaeus, qui tantum ob oculos habuit Iuntinam, corrigit συνησιαστῶν τῶν. Vitium ortum est, quod tironum causa dictum volo, ex syllabis vnus verbi disiungendis.

§. 2. γίνεσθαι] Paris. I γίνεσθαι. Idem deinceps φιλοσοφίας et δεσπότης.